



CIL II²/7, 234

7, 234 (= EE III 15 = II 5521; ILS 4139) Ara marmorea corona et crepidine undique sed non a tergo prominentibus 86 × 43/50 × 16/18. Corona instructa est pulvinis, fastigio, foco rotundo, quae non expolita sunt,

item crepido. Area titulo inscribendo destinata 47,5 × 43. In latere sinistro exsculptum est caput arietis, in dextro urceus, infra quem incisa est patera ansata. Litt. ad librarías accedentes 4–3; hedera v. 1. Rep. a. 1872 a poco más de 3 metros de profundidad abriendo las zanjas para una casa, que hace esquina a la calle del Conde de Gondomar y paseo del Gran Capitán (postea Círculo Mercantil addidit Torre) Fita, Torre, i. e. haud procul ab loco, unde prodierunt tituli praecedens et sequentes; servatur in M. A. P. Córdoba (inv. n. 42), ubi descripsi a. 1984 im. phot. a G. K. S. sumptis.

*Ex iussu Matris Deum
pro salute imperii
tauribolium fecit Publicius
Valerius Fortunatus thalamas
suscepit crionis Porcia Bassemia
sacerdote Aurelio Stephano
dedicata VIII Kal(endas) April(es)
Pio et Proculo co(n)s(ulibus)*

Tab. 8 fig. 2

□ α (latus sinistrum), β (dextrum)

Fita 1875, 635–636 ex ectypo misso a V. Rivera Romero (Hübner EE III 15); Hübner II 5521 ectypo sumpto (ILS 4139; Toutain 1907/20, II 85 sq.; Lantier 1933, 187; ILS 377; Schillinger 1979, 52 n. 10–12; Bendala 1986, 390 n. 3); Torre 1921, 8–9; Wickert 1931, 830–831; García Bellido 1967, 47 n. 3 cum im. phot. (inde et ex anterioribus Duthoy 1969, 36 n. 74 et saepius; González Serrano 1990, 174 n. 3); Blanco 1968, 94–95 cum im. phot. – Cf. Graillot 1912, 159 adn. 2. 239 adn. 3. 474 adn. 1; Navascués 1960, 199 cum im. phot., qui contulit litterarum formas ferialis Durani; Gamer 1989, 223 n. CO 11 cum im. phot. sine exemplo; Beltrán Fortes 1992, 185 cum im. phot.

4 litt. MA insolenter conexas sunt, scil. hasta transversa inter duas lineas medias litt. M posita, unde *Thalamus* legerunt Fita, Hübner, Torre; correxit Wickert ad exemplum tituli praecedentis.

3–5 Hübner EE III iunxit ita: *tauribolium fecit Publicius Thalamus, Valerius Fortunatus suscepit crion, i(n)s(tante?) (Is(iaca) Fita, Torre) Porcia Bass(en)ia*, correxit in II 5521; cf. titulum praecedentem. – 5 BASS[EN]IA Fita, BASSEMIA Hübner EE III transcribens *Bass(en)ia* ibidem, *Basse(n)ia* p. 338, *Bass(em)ia* p. 337, BASSENIA II 5521 transcribens *Bassenia* ibidem et p. 1070. 1079; de nomine Semitico vide Solin 1983, 750.

Ara dedicata est d. 25 (24 García Bellido) Mart., quo die celebrabantur Hilaria Matris Deum, a. 238, quo tempore Maximinus et Gordiani de summo imperio contendeabant, quare pro imperii, non pro imperatoris salute sacra facta sunt.

A. U. S.